

*Resnično, povem vam:
Kar koli v molitvi prosite, verujte, da boste prejeli,
in se vam bo zgodilo.
(Mr 11, 24, obhajilni spev)*

TRIINDVAJSETA NEDELJA PO BINKOŠTIH

DOMINICA VIGESIMA TERTIA POST PENTECOSTEN



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



16. november 2025

INTROITUS

Ier. 29,11,12 et 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: in vocábitis me, et ego exáudiam vos: et reducam captivitátém vestram de cunctis locis.

Ps. 84, 2

☿. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátém Iacob.

☿. Glória Patri.

ORATIO

Orémus.

Absólve, quásumus, Dómine, tuórum delícta populórum: ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur.

Per Dóminum nostrum.

LECTIO

Léctio Epístolæ beáti Páuli Apóstoli ad Philippénses.

Phil. 3, 17-21: 4, 1-3

Fratres: Imitatóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos Crucis Christi: quorum finis intéritus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversatio in cælis est: unde etiam Salvatórem expectámus, Dóminum nostrum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subícere sibi ómnia. Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum et coróna mea: sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo et Sýntychen déprecór idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádiuva illas, quæ mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte et céteris adiutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

GRADUALE

Ps. 43, 8

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

VSTOPNI SPEV

Gospod govori: Jaz mislim misli miru in ne stiske; klicali me boste in uslišal vas bom in vas iz ujetništva nazaj pripeljal iz vseh krajev.

Jer 29,11.12.14

☿. Blagoslovil si, Gospod, svojo deželo, odvrnil sužnost Jakobovo.

Ps 84,2

☿. Slava Očetu.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

Odpusti, prosimo, Gospod, svojemu ljudstvu, kar je grešilo, da se vezi grehov, ki smo se vanje zapletli po svoji slabosti, rešimo po tvoji dobrotljivosti.

Po Gospodu.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla Filipljanom.

Bratje! Vsi skupaj postanite moji posnemovalci in se ozirajte po tistih, ki živijo po zgledu, kakršnega imate v nas. Mnogi namreč živijo – večkrat sem vam jih že omenil, zdaj pa jih omenjam jokaje – kot sovražniki Kristusovega križa. Njihov konec je pogubljenje, njihov bog je trebuh, njihova slava je v njihovi sramoti, ti imajo v mislih zemeljske stvari. Naša domovina pa je v nebesih, od koder tudi pričakujemo odrešenika, Gospoda Jezusa Kristusa. Ta bo z močjo, s katero si more podvreči vse, preobrazil naše bedno telo, tako da ga bo naredil podobno telesu svojega veličastva. Zato, moji ljubi in tako zaželeni bratje, moje veselje in moj venec, stojte trdno v Gospodu, kakor sem vam rekel, ljubi. Opominjam Evodijo in opominjam tudi Sintiho, naj isto mislita v Gospodu. Pa tudi tebe, zvesti sodelavec, prosim, da jima pomagaš, saj sta se z menoj bojevali za evangelij, s Klemenom in z drugimi mojimi sodelavci, katerih imena so v knjigi življenja.

Flp 3,17-21; 4,1-3

STOPNIŠKI SPEV

Rešil si nas, Gospod, teh, ki nas stiskajo, in osramotil si nje, ki nas črtijo.

Ps 140,2

ib., 9

℟. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sácula.

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 129, 1-2

℟. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam.

Allelúia.

EVANGELIUM

Mt. 9, 18-26

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Mattháum.

In illo témpore: Loquénte Iesu ad turbas, ecce, princeps unus accéssit et adorábat eum, dicens: Dómine, filia mea modo defúncta est: sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Iesus sequebátur eum et discípuli eius. Et ecce múlier, quæ sánguine fluxum patiebátur duódecim annis, accéssit retro et tégit fimbriam vestiménti eius. Dicébat enim intra se: Si tetígero tantum vestiméntum eius, salva ero. At Iesus convérsus et videns eam, dixit: Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora. Et cum venísset Iesus in domum princípis, et vidísset tibícines et turbam tumultuántem, dicebat: Recédite: non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum eiécta esset turba, intrávit et ténuít manum eius. Et surréxit puella. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam.

OFFERTORIUM

Ps. 129, 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

SECRETA

Pro nostræ servitútis augménto sacrificium tibi, Dómine, laudis offérimus: ut, quod imméritis contulísti, propítius exsequáris.

Per Dóminum nostrum.

℟. V Bogu se bomo hvalili ves dan in tvoje ime bomo slavili vekomaj.

it., 9

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

℟. Iz globočine kličem k tebi, Gospod, Gospod, sliši moj glas.

Aleluja.

Ps 129, 1-2

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Mateju.

Mt 9, 18-26

Tisti čas, ko je Jezus množicam govoril, glej, je prišel neki predstojnik. Poklonil se mu je do tal in rekel: »Moja hči je pravkar umrla, vendar pridi, položi roko nanjo in bo živela.« Jezus je vstal in šel za njim, skupaj s svojimi učenci. In glej, od zadaj je pristopila žena, ki je dvanajst let krvavela, in se dotaknila roba njegove obleke. Sama pri sebi je namreč rekla: »Če se le dotaknem njegove obleke, bom rešena.« Jezus pa se je obrnil, jo pogledal in dejal: »Bodi pogumna, hči, tvoja vera te je rešila.« In od tiste ure je bila žena rešena. Ko je Jezus prišel v predstojnikovo hišo ter videl piskače in razburjeno množico, je rekel: »Umaknite se, saj deklica ni umrla, ampak spi.« Oni pa so se mu posmehovali. Ko so odstranili množico, je vstopil. Prijel jo je za roko in deklica je vstala. In glas o tem je šel po vsej tisti deželi.

DAROVANJSKI SPEV

Iz globočine kličem k tebi, Gospod, Gospod, sliši moj glas! Iz globočine kličem k tebi, Gospod.

Ps. 129, 1-2

MOLITEV NAD DAROVI

Da bi te mogli zvesteje služiti, ti opravljamo, Gospod, hvalno daritev in te prosimo, milostno dopolni, kar si nam podelil brez naših zaslug.
Po Gospodu.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitátē substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: *Sanctus, sanctus, sanctus...*

COMMUNIO

Mc. 11, 24

Amen, dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите, quia accipiétis, et fiet vobis.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, quos dívína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subiacére perículis.

Per Dóminum.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinst in v veličastvu enakost. Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč: *Svet, svet, svet...*

OBHAJILNI SPEV

Mr 11, 24

Resnično, povem vam: Kar koli v molitvi prosite, vérujte, da boste prejeli, in se vam bo zgodilo.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Prosimo, vsemogočni Bog, ne dopusti, da bi tisti, ki se po tvoji milosti z veseljem udeležujejo Božjih skrivnosti, podlegli človeškim nevarnostim.

Po Gospodu.

Slika na naslovnici: Vasily Polenov (1844–1927), *Vstajenje Jairove hčere*, olje na panelu (1871)Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO